

1640 [= 2490] sub titulo haec leguntur in lapide: *Quem lapidem Antoninus imp. statuerat, vetustas deiecerat, mare et arena obduxerant, Franciscus Murillus regiae classis curator sua impensa eductum Puteolanis municipib. pari studio restituit anno dñi 1575*. Basis marm. in mari rep. a. 1577 apud moles, quas vulgus perperam credit pontem quempiam fuisse RAFF. Extat Puteolis ad portam.

IMP · CAESAR · DIVI · HADRIANI · FIL
DIVI · TRAIANI · PARTHICI · NEPOS
DIVI · NERVAE · PRONEPOS · T · AELIVS
HADRIANVS · ANTONINVS · AVG · PIVS
5 PONT · MAX · TRIB · POT · II · COS · II
DESIG · III · P · P · OPVS · PILARVM · VI ^{P. C. 139}
MARIS · CONLAPSVM · A · DIVO PATRE
SVO · PROMISSVM · RESTITVIT

Recognovi. Cittadini cod. Marc. p. 99. 131, cod. Vat. 5253 f. 182 et cod. Raffaelli f. 115 eodemque exemplo Ligorius Taur. 14; Mazzella p. 34 et Pozzuolo n. 4 (ex eo Grut. 163, 9, item Summonte p. 313, cuius certe lectio plane consentit cum Mazzelliana); Capaccius hist. Put. p. 16, hist. Neap. l. II c. 24 p. 720 (ex eo Mur. 453, 5); Cluver. Ital. ant. (1624) p. 1139; Gudius in notis Grut. ed. 2 qui vidit; Pococke p. 72; Chaupy *maison d'Horace* I, 125; Marini cod. Vat. 9128 f. 112'; Romanelli *viaggio* II, 223; Gervasio *intorno ad una iscr. Puteol.* Neap. 1832 p. 11. Orelli 841.

Titulus antiquus est, sed scalpro recenti instauratus totus, ut adeo v. 8 in vocabulo RESTITVIT littera s antiqua iuxta recentem cernatur. Videtur tamen quadratarius recens antiquae scripturae vestigia satis accurate secutus esse, nec dubitandum est de lectione.

De pilis Puteolanis v. praesertim Seneca ep. 77, 1: *subito nobis hodie Alexandrinae naves apparuerunt, quae praemitti solent et nuntiare securatae classis adventum; tabellarias vocant: gratus illarum Campaniae adpectus est: omnis in pilis Puteolorum turba consistit et ex ipso genere velorum Alexandrinas quamvis in magna turba navium intellegit.* Quocum Iordanus (*archäol. Zeitung* 1868 p. 93) apte composuit locum Livii 40, 51: *M. Fulvius locavit portum et pilas pontis in Tiberi, quibus pilis fornices post aliquot annos P. Scipio Africanus et L. Mummius locaverunt imponendos.* Adsunt pilae in picturis antiquis portus Puteolani, de quibus dicemus in praefatione Cumanarum.

1642 Puteolis effossa 1855 in ruinis aedificii vetusti pone domum Prosperi Maglione cum n. 1643. 1647. Haec et sequens videntur repertae esse loco antiquo, scilicet steterunt ante quattuor columnas, quibus frons aedificii ornata fuit, a sinistra Antonini collocata in muro quodam, a dextra Faustinae collocata in solo. Tertia M. Aurelii reperta est ad alium usum destinata proxime a duabus illis versus partem aedificii, quae mare prospicit. Formam aedificii reperies Bull. Nap. N. S. 4, 103. Nunc extant Neapoli in museo ex auctione Maglione a. 1856.

IMP · CAESARI ·
DIVI · HADRIANI · FIL
DIVI · TRAIANI ·
PARTHICI · NEPOTI
5 DIVI · NERVAE · PRON ·
T · AELIO · HADRIANO
ANTONINO · AVG · PIO
urceus PATRI · PATRIAE · patera
PONTIFICI · MAXIMO
10 TRIB · POTES · II · COS II · ^{P. C. 139}
COLLEGIVM
SCABILLARIOR
QVIBVS · S · C · COIRE LICET
L · D · D · D

Recognovi. Minervini Bull. Nap. N. S. 4 p. 3, mem. dell' Acc. Ercol. 9, 255; Fiorelli cat. n. 698. Henzen 7421 a.

1641 [= 2491] di belle lettere, le prime lunghe quasi un palmo, le seguenti decrescendo appoco appoco fino all' ultimo ACC.; marmor quadratum ingens litteris pedalibus insculptum ac marinis fluctibus diu pulsatum, veluti exesi docent undequaque characteres PIGH. (Herc.). Puteolis repertum in fundamentis pontis Caligulae fragmentum BVD. et (ex Pontano ut ait) SMET. *Al lato della porta del giardino del Sr. Vicere di Neapoli P. de Toledo* ACC. similiterque BVD. MET. SMET.

imp. c AESARI · DIVI · ^{hadriani f. diui traiani}
part HICI · NEPOTI · DIVI · ^{neruae pronep. t. aelio hadriano}
ant ONINO · AVG · PIO · ^{pont. max. trib. pot. ii cos. ii p. p} ^{P. C. 139}
c OLONIA · FLAVIA ^{augusta puteoli}
5 quod s VPER · CETERA · BEN ^{eficia a diuo patre promiss}
sum op VS · PILARVM · VIG ^{ati ui maris conlapsum splendore}
anti QVO · ET · MVNITIO ^{ne adiecta restituit}

Accursius VI n. 10; Budaeus apud Pingonium f. 81 et Metellum cod. Vat. 6039 f. 353 (cf. f. 364' c), qui item postea habuit a Sim. Vallamberto et Nicotio; Manutius non in apparatu scripto, sed in orth. 180, 5, auctorem laudans Iosephum Bongianellum (inde Ligorius Taur. 14; Mazzella Pozz. n. 17; Donius 2, 38 e Stephanonio, ut ait, at vere ex Mazzella; indidem pendet Winghe p. I f. 70 et Cittadini cod. Marc. p. 98. 131, cod. Vat. 5253 f. 182. 416', qui Winghium auctorem laudat, et cod. Raffaelli f. 141); Pighius, qui vidit, in Herc. Prodicio (1587) p. 497 cf. p. 491 (inde Grut. 265, 9; item Mur. 1107, 4 a Como adscitis supplementis Pighianis; Pratilli p. 195 ex Mur.) et apud Smetium 3, 8 (inde Grut. 161, 5); Capaccius hist. Put. p. 12, hist. Neap. l. 2 c. 24 p. 717. Gervasius de hoc titulo scripsit librum singularem *oss. storico-critiche intorno ad una iscr. Puteolana* (Neapoli 1832. 4. pp. 43), sed variorum exemplorum auctores et auctoritatem parum perspexit.

Variam lectionem subieci plenam Accursii (ad quem potissimum versus disposui) Budaei Manutii Winghii Pighii (Herc. et Smet.). — 1 CAESARI Man. — DIVI] . NINO Cap. — 2 HIC Man. Winghe, THICI Cap. — 4 SILONIA Man. Mazz. Raff., SILOLIA Don. — FLAVI Man. Winghe, FLAVIA Smet. — 6 VIGIV Pigh. (Herc.), VICE. Smet., VIG Acc. Winghe, VIC Man. Bud., VIC V Cap. — 7 QVO ET MVNITIO (MVNITIONE Herc.) Pigh. (Herc. Smet.), QVO ET MVNITQ Bud. (super paenultimam litteram c posuit Met.), QVO-ET-MVN... Acc., SVO-MVNVM Man. Mazz. Don., SVO MONVMEN Winghe.

1643 rep. et adservata cum n. 1642.

FAVSTINAE · AVG
IMP · CAESARIS
T · AELI · HADRIANI
ANTONINI · AVG · PI · P · P ·
urceus 5 TRIBVNIC · POT · III · COS · III ^{patera} ^{P. C. 140}
COLLEGIVM
SCABILLARIORVM
QVIBVS · S · C · COIRE · LICET
L · D · D · D ·

Recognovi. Minervini Bull. Nap. N. S. 4 p. 3, mem. dell' Acc. Ercol. 9 p. 256; Fiorelli cat. n. 699. Henzen 7421 β.

1644 Neapoli in antiquo templo archiepiscopali elogium ab utroque latere fractum et in multis versibus abolitum.

diui had RIANI · FIL · DIVI · TRAIANI · PAR ^{thici nep. diui}
neruae pr ON · T · AELIO · HADRIANO · ANTONNO ^{aug. pio}

Servavit Augustinus cod. 3540 f. 5', cod. 3528 f. 22'.
1 TRIANI Aug. — 2 ANTONO Aug. 3528.

XXXVII. ABELLINVM (p. 127. 969).

ad n. 4454. Est in codice Londiniensi Harleiano 2574 saec. XV f. 75. Exemplum non differt.

8364 tabella marmorea rep. prope Atripaldam
alla Civita.

VERATIVS CAPRIV
S CVM CONI'GE
SVA VICIRIA MY
RINENE SE VIBOS M
5 EMORIA SIBI FECE
RVNT ET SVIS

Sogliano apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1884
p. 299.

XXXVIII. ABELLA (p. 136. 969).

ad p. 436. 442. In collectaneis codicis Neapolitani XIV D. 8 (v. index auctorum s. v. Anonymus Corvisierii) scripto a. 1525 adsunt epigrammata Abellanum unum n. 1217, Nolana autem n. 1258. 1262. 1267 (v. infra). 1272, item fragmenta sive Abellana sive Nolana n. 8365 sumpta omnia de ipsis saxis exemplis probis, versuum tamen divisione non observata.

XXXIX. NOLA (p. 142. 969).

ad n. 1267. Est item in cod. Neap. XIV D. 8
f. 35' collocata 'Nolae'. Est ibi 4 C·AESIAE
— 2 HIPARCHO — 4 GLITIONAE.

ad n. 1367. Diligentius inspecta editione in-
tellectum est versum Hebraicum a Remondi-
nio non ad titulum hunc referri, sed proponi
ut lectum in lucerna aenea.

8365 loco non adscripto, sed post Nolanam
X, 1258, ante Abellanam X, 1217, in codice
Neapolitano XIV D. 8 f. 36 leguntur haec sine
dubio trahenda ad alterum utrum oppidum
'in marmore fracto':

EMPRONIO
RVNTIAE
NGNAE·VXSORI
et in alio fracto:
VXSOR
et in alio:
VNXOR

XL. HERCVLANEVM (p. 156. 970).

ad n. 4408. Dele; est Venafrana infra n.
4845.

ad n. 8167. Iam prostat in lapidario Neapolitano
sub n. 409558, ubi a. 1882 excepi sic:

SALVTI
SACRVM

XLI. NEAPOLIS (p. 170. 970).

ad n. 1504. Extat Romae apud Institutum archaeologicum. Scr. 4
COMINIÓ — VERECVNDÓ — 2 DÍA — PÍSSIMO — 3 ΦONTEI8 et
suo versu ΚΑΠΙΤ.

ad n. 1537. V. 13 refert peregrinator Gallus a. 1574 (vide n. 8388)
f. 390 legens G·F — PLVS·M·A·L·D·B·DIE·III·SEPT·IMPER·D·V·MAVRITIO·
PP·AVG reliquis omissis.

XLII. PVTEOLI (p. 182. 971).

ad. p. 189. In museo Porticensi qui fuerint scripti lapides a. 1808
intelleximus ex inventario Petri la Vega nuper edito in documentorum
pertinentium ad historiam museorum Italicorum volumine quarto
p. XVIII—XX. Fuerunt autem hi:

Pompeiani (vel certe editi inter Pompeianos) n. 925. 1077. 1079.

Nolanus n. 1295.

Herculanensis n. 1452 (tabula aenea).

Putcolani n. 1556. 1596. 1597. 1631. 1636. 1644. 1650. 1666. 1690.

1691. 1761. 1790. 1820. 1831. 1885. 1912. 1954. 1971. 1997.

2016. 2025. 2068. 2157. 2186. 2202. 2224. 2359. 2427. 2498.

2615. 2661. 2777. 2829. 2830. 2831. 2832. 2833. 2847. 2972.

3161. 3225. 3229.

Misenenses n. 3377. 3379. 3448. 3486.

Cumani n. 3692. 3696.

Literninus n. 3714.

Aenarienses n. 6786—6788. 6791. 6793. 6794. 6796—6799.

Caprensium n. 6810.

Ausculanus vol. IX n. 678.

urbani vol. VI n. 1320 (*M. Porcius M. f. Cato*; originis urbanae
testimonia adsunt) et 9880 (*olla Iucundae sarcinatr.*; de origine
praeterea non constat, sed tabella est columbarii).

Ostiensis I. R. N. 6803.

Vellem eo indice uti potuissem in sylloge ordinanda; inde enim patet in
id museum lapides potissimum illatos esse repertos saeculo XVIII medio